Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38332
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



216

de diuersis trib; ad templum quierunt. Ergo in samaria de tribu effrem habebant regem
quomodo enim regnabant in iudea. habebant regem de tribu iuda & generaliter. sicut qui regna
bant in samaria habebant regem de tribu effrem. & rex ipsorum uocabantur effrem.
Legamus osee ppheta. & omnem ppheciam eius contra effrem repperimus. & dicit ibi ef
frem in quid factus est quasi columba insipiens; Uide quid dicat columba insipiens. relinq̃t
templum. & habitat in siluis. Columba enim semp in domib; habitat, effrem uero columbam
reli quit templum. reli quit domum & habitat in siluis habitat in desertis. hoc interim
secundum litteram debemus enim & historiam ponere. Nunc uero postea tenet quasi pque
dam gracie. debemus ad maiora concendere. Dicamus ergo filios effrem omnes sec
her ducos & iustitiam recesserunt de domo dei. & iustitiam miserunt ad. & habitant in desertis. &
dicantur quidem columbae qua legunt ipsi scriptures sed insipientes intellegunt. Multi
sunt qui dicuntur filii effrem intendentes & mittentes arcum. Uide omnes her ducos qui
dereliquerunt hierusalem qui dereliquerunt templum dei. qui habitant in samaria.
Ubi fecerunt uitulos aureos in bethel & in dan. & inde quid dicat. fecerunt uitulos aureos
in bethel in domum dei idolatre facti sunt. & fecerunt illud in dan. hoc est in iudicium suum
& in condempnationem dereliquerunt domum dei. & nihil aliud nisi auro cogitant. Dicat
aliquis quare fecerunt uitulos aureos. Noster thesaurus repositus est in uasis fictili
bus. ecclesiastici rustici sunt simplices. Omnes uero her duci aristoteli & platoni
ci sunt. Denique ut sciatis quomodo in eloquencia secularis aurum dicitur; hoc est quod in
quaeorum quasi ppter splendorem. Aurum dicit. calix aureos babilon in manu dei. Uide
quid dicat babilon confusionis. Ergo mundus iste calix aureus est. De hoc calice aureo
omnes gentes ppinant; filii effrem intendentes & mittentes arcum; quem cum quidem
her ducorum omnes suspiciones habent. Reuersi sunt in die belli; Nesciunt eum qui
dixit. Pacem meam do uobis. pacem meam relinquo uobis; sed ad uerba sunt ppariti habent
uerba sed audient illud quod scriptum est. Dissipagentes quae bella amant; Dicat ali
quis: nam ea sententia. Uideamus consentiamus; Non custodierunt testamentum dei
& in lege eius noluerunt ambulare. & obliti sunt beneficiorum eius. Consurrexerunt contra eum
quos genuerunt in baptismate. & mirabilia eius quae ostendit eis. Coram patribus eorum
quae fecit mirabilia. Uide de sensum scriptuarum. quomodo de filius effrem uenit
ad historias preteritas; ut illud quod scriptum est. Aperiam in parabolas os meum & loquar
ppositiones ab initio; parabola dictum ostendit; Coram patribus eorum quae fecit mirabi
lia in terra egypti in campo taneos. Interrupit mare & perduxit eos stauit aquas
quasi in uter, & deduxit eos die; dicat aliquis uim facis scripture. simplicem enim dicitur
de populo israhel. quando exiuit. de terra egypti. & ppter ea secundum historiam
dicitur. & legimus decem trib; quem dereliquerunt dum & idolatre effecti sunt & quasi